

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Taciturnitas g
cum fonte primo

Quasi quoddam nutrimentum
Uerbi est censura silentii.
Et recte quandoque excrescenciam
sermonis accipit
qui prius ordinate per humilitatem tacet.

Gregorius super Ezechielem.

Quasi enim quoddam nutrimentum
uerbi est censura silentii.
Et recte per excrescentem quoque
gratiam sermonem accipit.
qui ordinate ante per humilitatem tacet.

Gregorius Magnus, *Homelie in*
Hiezechielem prophetam, 1, 11, 3
(CCSL 142, M. Adriaen ed., p.170,
ll.56-58).